Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De tertia Domo. Cap. III

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

catas ſimul in ſituatione Veneris, & aliam lineam ſicut 7. ex parte dextera ſimilem vni 7. in parte ſiniſtra in ipſa ſituatione Mercurij, vt in dicta figura 75. pauperiem non fugiet.

De Tertia Domo.
Caput III.

ASTrologi omnes vniuerſali conſenſu tertiæ domui breuia itinera atribuunt, deſcribemus ergo lineas itinera ſignificates.

FIGVRA LXXVI.

Habens vnam lineam cum ſemicirculo in ſituatione Martis, quæ firmat in ſituatione Solis, vt in figura 76. in diuerſa loca ſe transferet.

FIGVRA LXXVII.

Habens duas lineas vnam tortuoſam in ſituatione Iouis, & alteram cum vno ſemicirculo in ſituatione Martis,vt in figura 77. faciet diuerſa itinera.

FIGVRA LXXVIII.

Habens tres lineas, ideſt duas breues, & rectas in ſituationibus Iouis, & Martis, & vnam longam,& rectam in ſituatione Solis, vt in figura 78. itinerabitur cum honoribus.

FIGVRA LXXIX.

Habens quatuor lineas, ideſt duas breues, & rectas in ſituationibus Saturni, & Iouis, & alias duas longas, & rectas in ſituationibus Solis, & Veneris, vt videntur in ſupradicta figura 79. fortunata itinera exequetur.

FIGVRA LXXX.

Habens lineam rectam cum vnco in parte dextera in ſituatione Mercurij, vt videtur in figura 80. faciet itinera.

FIGVRA LXXXI.

Habens vnam lineam, & illa erit confuſa forma, cum ſemicirculo in medio in ſituatione Solis, quæ tangit in illa Veneris, vt videtur in figura 81. diuerſa loca videbit.

FIGVRA LXXXII.

Habens duas lineas in fronte, vnam quę venit à ſituatione Iouis, & ex parte ſiniſtra deſcendat in ſituationem Martis, & in illa Martis vnam breuem, vt in poſita figura 82. per orbē migrabit.

FIGVRA LXXXIII.

Habens vnam lineam tortuoſam in ſituatione Veneris, vt videtur in figura. 83. itinera tenebit.

FIGVRA LXXXIV.

Habens vnam lineam perpēdicularem ex parte dextera in ſituatione Veneris, & vt illa deſcendat deorſum vſq; ad ſituationem Lunæ, vt in figura 84. itinera tenebit.

FIGVRA LXXXV.

Vna linea bifurca ex parte ſiniſtra deſcendens à ſituatione Mercurii vſq; ad ſituationem Lunæ, vt in figura 85, varijs oris natum appellet.

FIGVRA LXXXVI.

Habens quinque lineas, id eſt vnam confuſam in medio ſituationis Iouis, alteram vndatam ex parte dextera in ſituationibus Martis, vnam ſicut vncum ex parte ſiniſtra in ipſa ſituatione, & alias duas oppoſitas; ſed breues in ſituatione Solis, vt in figura 86. de multis locis demigrabit.

FIGVRA LXXXVII.

Habens duas lineas obli-quas, & tortuoſas in ſitua-tionibus Martis, & Solis, vt in figura 87. itinera fa-ciet.

FIGVRA LXXXVIII.

Habens duas lineas breues, & rectas in ſituatione, & in oppoſitione Lunæ, vt in figura 88. multas oras pe-tet.